



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

xl. De consecratione ecclesiae vel altaris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

De consecratione ecclesie vel altaris. Tit. 40.

**E**cclēsia, nisi de dote prouisum ei fuerit, ne <sup>8. Cum si-</sup> consecrator. Qui eam fundasit, si & eam <sup>cut.</sup> consecrari faxit, ad eam dotandam ex debito tenetur.

Quòd si ecclesia non consecrata cuiuscunq; <sup>10. Si ec-</sup> feminis sanguinisve effusione polluta erit: aqua <sup>clesia.</sup> protenus exorcizata lauatur, & ita diuinæ laudis organa ne suspenduntur. At quàm citiùs potis erit consecrator.

Aqua autem huiusmodi per episcopum be- <sup>9. Aqua.</sup> nedicta, & cum ea per alium, modo episcopum, rectè ecclesia reconciliator. At simplices sacerdotes hoc, cum ordinis episcopalis fiet, et si episcopus ollis demandasit, consuetudòve erit, ne faciunt.

Ecclesia ergo per hominum contentiones & <sup>4. Propo-</sup> rixas polluta si erit, ipsa tamen si & eadem & al- <sup>suisti.</sup> tare manebunt, per aquam cum cinere & uino benedictam rectè reconciliator.

Cùm enim ecclesiæ parietes in sua integrita- <sup>6. Lignis</sup> te manebūt, & altaris tabula mota enormitérve læsa non erit, eius etiam lignis ædificiis casu cōsumptis, ipsa & altare propterea denuo ne consecrantur.

Quòd si altare motum lapísve suppositus qui <sup>1. Ad</sup> figillum continet cōfractus seu deminutus erit: <sup>hac.</sup> de integro consecrator. At ecclesiæ consecratio eius ergò ne repetitor.

Altare autem in quo tabula pontificali mini- <sup>3. Quod in</sup> <sup>dubris.</sup>

sterio consecrata fiet ita demum si mota enormiterve friata erit cōsecrator. Porro oleum non cōsecratum consecrato oleo rectè cōmiscetor.

3. *Cum fis.* Sed & plura altaria in vna ecclesia & plures simul episcopos consecrare fas esto.

2. *Tua.* Item episcopis in diœcesibus suis tam dominicis quàm priuatis diebus dedicationem ecclesiarum suis impendere liceto.

7. *Consi-  
luisi.* In quibus autem cœmeteriis excommunicatorum corpora inhumari continget, hæc aquæ asperione solenniter benedictæ, sicut in dedicationibus ecclesiarum fieri consuevit, lustrantur, reconciliantur.

*De celebratione missarum, & sacramento  
Eucharistia, & diuinis officiis. Tit. 41.*

*De celebratione Missarum.*

6. *Cū mar  
the.  
in prin.*

Omnes eã formã canonis, qua ecclesia in corpore Christi sacrificio vtitur, seruant. Hæc apostolos à Christo, & ab ipsis eorū successores accepisse, licet quædam in eo sient quæ in euangelico textu non leguntur, credunt. Sanguis Christi noui ac æterni testamenti, id est nouæ siue vltimæ & æternæ promissionis confirmator esse intellegitur. In sacramento hoc visibilis forma panis & vini, veritas carnis & sanguinis, virtus quoque vnitatis & charitatis, tria hæc discreta accipiuntur.

7. *De ho-  
mine.*

Vnde qui pro sui criminis conscientia indignum se missæ celebrandæ existumabit ad id se inreuerenter ne ingerito. Si quæ tamen neces-